



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Dicebat Iesus parabolam ad discipulos. Luc. 18

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

simus debeat expelli, omnes instituit ad uitam, ut scilicet nouerimus grauiora queq; pctā uel imū dorum spirituum tentamenta, ieiunijs & orationibus esse superanda: iram quoque domini, cum in ultione scelerum nostrorum fuerit accensa, hoc remedio singulare posse placari, ieiunium autem generale est, non solum ab escis, sed a cunctis illecebris abstinere carnalibus, imo ab omnibus uitiorum continere passionibus. Sic & oratio generalis, non in uerbis solum est, quibus diuinam clementiam inuocamus, uerum etiam in omnibus quæ in obsequium nostri conditoris fidei deuotione gerimus, teste Apostolo qui ait: Semper gaudete, sine intermissione orate. Quomodo enim quis omnibus horis atq; momentis sine intermissione deū potest inuocare sermonibus? Sed tūc sine intermissione oramus, cū ea solū opera gerimus, q̄ nos pietati nostri commendēt autoris. Quo nimirum ieiunio & oratione, iuuante domino, cunctas antiqui hostis debellabimus ac ppulsabimus insidias.

FERIA SEXTA QVATVOR

tēporū. Luc. XVIII.

In illo tempore dicebat Iesus parabolam ad discipulos suos, qm̄ oportet semper orare & non deficere. Et reli.

Dicit & Apostolus, Sēper gaudete, sine intermissione orate. Quis autem potest ita semper orare, & sine defe

2. thes. 5.



1. thes. 5.

Et uel intermissione precibus insistere, ut nec alimentum sumendi, aut dormiēdi tempus habeat? Aut ergo dicendum est, eum semper orare, & non deficere, qui canonicis horis quotidie iuxta ritum ecclesiasticæ traditionis, psalmodijs precibusq; consuetis dominum laudare & rogare non desistit, & hoc est quod Psalmista dicit: **Benedicam dominū** **Psal. 33.** in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Aut certe, omnia quę iustus secundum deū gerit, ad orationem esse reputanda. Quia enim iustus sine intermissione quę iusta sunt agit, per hoc sine intermissione iustus orabit, nec unquam ab oratione cessabit, nisi iustus esse desistat.

Iudex quidam erat in quadā ciuitate qui deum non timebat, & hominem non reuerbatur. Vidua autē quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multū tēpus. Post hæc aut dixit intra se: Et si deum non timeo, ne hominem reuereor, tamen quia molesta est hæc uidua mihi, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniēs, suggillet me. ¶ Parabolæ dominus aut secundum similitudinem aliquam ponit, sicut de homine, qui habebat duos filios, maiorem in agro sibi propinquantem, minorem autem in longinquo luxuriantem: aut ex ipsa dissimilitudine aliqd probat, ueluti est illud. Quod si scœnum agri, quod hodie est & cras in clibanum mittitur, deus sic uerit, quanto magis uos minimæ fidei? Itaq; illud superius genus, his uerbis adiungi potest, Sicut illud, ira & illud. Hoc autem posterius his uerbis, Si illud, quanto magis illud? Aut si illud, quanto mi-

Matt. 6.

mus illud? Sed alicubi obscure, alicubi apte ista ponuntur. Hic ergo iniquus iudex non ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est. Non enim ullo modo ille iniustus iudex personam dei allegorice tenet, sed tamen quantum deus, qui bonus & iustus est, curet deprecates se, hinc cognosci dominus uoluit, quod nec iniustus homo eos, qui illam assiduis precibus tundunt, uel propter tardum deuitandum potest contemnere. Nam hoc est quod ait: [Ne ueniens suggillet me.] Ipsa uero uidua potest habere similitudinem ecclesie, que desolata uidetur, donec ueniat dominus, qui tamen in secreto etiam curam eius gerit.

Ait autem dñs: Audite quid iudex iniquus dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico uobis quia cito faciet uindictam illorum.]

Apo. 6. Si que mouet, cur electi dei se uindicari deprecantur, quod etiam in Apocalypsi Iohannes de martyribus dicit, cum apertissime moneamur, ut pro inimicis & persecutoribus oremus, intelligendum est eam uindictam esse iustorum, ut omnes mali pereant. Pereunt autem duobus modis, aut conuersione ad iustitiam, aut a missa pro supplicium potestate, quam nunc aduersus bonos, quam diu hoc ipsum bonis expedit, uel temporaliter aliquid ualent. Quod in fine iusti conuenire desiderant, quis pro inimicis suis orent, tamen non absurde uindictam desiderare dicuntur [Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra?] Quauis omnipotens conditor semper electos suos ad se clamantes sit uindicare paratus, in die tamen iudicij (quod trementi est corde retinendum cum idem conditor in forma filij hominis apparebit, tanta erit raritas electorum, ut

Mat. 5.

nō tā ob clamorē fidelium iniuste dānatorum, to-
 rius iā mundi sit accelerāda ruina. Quod autē dñs
 q̄si dubitatiue dicit, Putas inueniet fidē in terra, nō
 dubitat, sed arguit. Verbo q̄ppe dubitatiōis incre-
 patur infidelitas, nō opinatur diuinitas. Nā & nos
 aliquñ de rebus, s̄ certas habemus, increpatiue ver-
 bum dubitationis ponimus, cū corde nō dubite-
 mus: uelut si indigneris seruo tuo, ut dicas: Conte-
 mnis me? cōsidera, forsitan dñs tuus sum. Et Apō
 stolus ad q̄sdā cōtemptores suos: Puto autē inq̄, q̄
 & ego sp̄m dei habeam. Qui dicit puto, dubitare
 uidetur, sed ille increpabat, nō dubitabat. Ita ergo
 & dñs scit qdē om̄ia, p̄ quem facta sunt om̄ia, & ta-
 men dubitando increpat infidelium corda.

11. Cor. 7

SABBATO QVATVOR TEM-
 porum. Lucę XIII.

In illo tempore dicebat Iesus turbis simili-
 tudinem hanc: Arborem ficī habebat quidā
 plantatam in uinea sua. Et reliqua.



POie si qdem hec ar-
 bor fici generis hu-
 mani designare natu-
 ram, p̄ uineam genus hu-
 manum, p̄ ficum, docto-
 res siue principes huius
 mundi. Quæ bñ plantata
 est, hoc est, ad auctoris sui
 similitudinē creata ē. Sed
 domino p̄ triennium fru-
 ctum dare negauit, quia
 ante legem sub lege, sub
 gratia obedire despesit.